

UN TUR 0307

NONNULLA DE GENERATIONE.



DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN ALMA LITTERARIA

UNIVERSITATE TURICENSI

PRO SUMMIS

IN MEDICINA, CHIRURGIA ET ARTE OBSTETRICIA

HONORIBUS

RITE CAPESSENDIS

DIE IV. AUGUSTI ANNI MDCCCXXXVIII

AUCTOR

I. PHOTIADES

LESBIUS.

ZENTRALBIBLIOTHEK
ZÜRICH

TURICI

EX OFFICINA ZÜRCHERI ET FERRERI

1838.

m. UZ. 007

UNIVERSITÄT ZÜRICH

DISSEMINATION

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRACIOSI MEDICORUM ORDINIS

ACADEMIAE LITTERARUM

UNIVERSITATE TURICENSIS

IN AUSTRIA

IN MEDICINA, CHIRURGIA ET ANTE OBTINUIT

ACADEMIA

IN TURICENSIS

DE IN AUSTRIA ANNO MDCCLXXVII

ACTUM

IN TURICENSIS

ACTUM

ZENTRALBIBLIOTHEK
ZÜRICH

BRUNNEN

EX OFFICINA TURICENSIS ET TURICENSIS

1878

22.007

Nonnulla de generatione secundum Burdachium.

Burdachius*) dicit: „Alle Endlichkeit bezeich=
„net sich durch den Gegensatz; nur das Unendliche
„besteht allein und durchaus in sich. Mithin
„muß die unendliche Mannichfaltigkeit, in welcher
„sich der Begriff der Menschheit verwirklicht, zutr=
„derst als ein Hauptgegensatz, folglich als Geschlecht
„erscheinen; und Geschlecht ist eine Schranke, eine
„Begränzung in der Wirklichkeit, innerhalb deren
„eine bestimmte Seite des Ideellen sich offenbaren
„kann u.“ Fines autem, intra quos id, quod
infinite est, apparet, sunt tempus et spatium,

*) Physiologie I. Bd. Leipzig 1835. S. 331. 332.

neque alii omnino existunt fines, in quibus illud apparere possit. Iam si infinitum in genere existeret, ubicunque aliquid appareat, id necesse esset genus apparere. Animal vero genere carens, quamquam genus in eo non est, tamen existentiae finibus coërcetur, in quibus singularis pars infiniti apparet. Sed oppositio omnino ex ista finitione sequitur; infinitum enim apparet, dum tempore et spatio coërcetur, id quod naturae eius repugnat; unde fit, ut, male contentum finito, originem suam, scilicet infinitum desideret. Et haec quidem oppositio est in individuis singulis, quod id, quod finibus circumscriptum et finitum est, simul liberum et infinitum esse cupit. Iam vero infinitum factum est finitum et, ut tale agens, infinitatem suam etiam in natura sua finita contendere ac retinere studet. Itaque si ea oppositio in individuo singulo, vel eius character individualis se evolvit, desiderium infiniti in eo surgit. Quod

autem, quum in finito existat, in hoc ipso necesse est infinitatem quaerat, quare, ut animal genere carens, totum suum genus exprimens, se propagat, unde genus ipsum immortale redditur.

In animalibus genus habentibus in duobus individuis sexus conspicitur. Totius autem generis character cernitur in proprietatibus sibi oppositis vel*): „Die Kraft und die Milde, die „Stärke des Willens und die Zartheit des Gefühls, „der Durst nach Thaten und die stille Häuslich- „keit, der Sinn für das Allgemeine und die Liebe „für das Besondere kann kein Mensch so in sich „schließen, daß nicht Eins oder das Andere das „Übergewicht haben sollte.“ Itaque alterius existentia inde pendet, quod altero potentior evasit; ergo etiam genus, quum duo talia opposita extrema complectitur, eo tantum apparere

*) L. I. p. 334.

potest, quod alterum, altero praepollente, recedit. Ita autem generis tantum una pars apparet, quod tantum id, quod praevalet, libere agere, ergo tantum una pars generis plenam vim exercere potest. Ut vero totum genus libere agens prodeat, necesse est, etiam eius pars illa, quae recessit, praepollentem superet. Itaque genus non est divisum, sed pro duabus suis partibus oppositis sub duabus formis oppositis prodit, sub forma scilicet maris et feminae. In quorum utroque utraque pars generis, totum genus, continetur, eo quidem discrimine, quod, quae pars in viro praevalet, in femina recedit et quae in illo recedit, in femina praepollet. Itaque mas simul est mas ac femina et femina simul femina atque mas, ita quidem, ut in illo masculinum, in hac femininum praevaleat. Qua re etiam in singulo individuo genus habente ambo poli oppositi, positivus scilicet in masculino, negativus in fe-

minino efficiuntur. Quemadmodum in mare masculinum feminino, ita etiam in femina femininum masculino coërcetur et prout in mare femininum, aut in femina masculinum plus minus recedit, alius vir alio magis virilis, et alia femina alia magis feminina esse potest, cuius rationis varii gradus ad Hermaphroditos usque esse possunt. Iam ubi, pubertate incipiente, generis character evolvitur, sexus, in singulo individuo se alteram tantum totius generis partem et coërcitum esse sentiens, extrinsecus compleri studet. Ita, sicuti positivus et negativus polus electricus, mas et femina, uterque idem sectans ideoque alter alteri propinquus, se coniungere cupiunt, qua re desiderium unum idemque expletur et ea conditio, qua utrumque a toto pendet, tollitur; quo facto, alter ab altero rursus seiungitur fitque singularis,

Iam animum advertamus ad haec*): „Alle bis-

*) L. I. p. 330. §. 220 et p. 314. §. 213.

„herigen Untersuchungen überzeugen uns, daß
 „beide Geschlechter qualitativ verschieden sind; kei-
 „nes hat etwas, das dem andern fehlte, sondern
 „daß beiden Gemeinsame ist nur in jedem an-
 „ders 1c.“ At ex istis explorationibus tantum
 quantitativam intercedere diversitatem, elucere
 videtur: commune in utroque genere ipsum to-
 tum genus esse et hoc commune in utroque
 genere in eo tantum constare, quod altera gene-
 ris pars maiorem vim pondusque quam altera
 habet. Sin vero legimus*): „je männlicher der
 „Mann und je weiblicher das Weib 1c.“, iis ipsis
 verbis alium virum alio magis virilem esse posse
 conceditur. Vir autem non est virilis nisi femi-
 nae oppositus. Iam si hic vir magis virilis est
 quam ille, hoc eo solummodo fieri potest, quod
 uterque simul virilis et femininus et in hoc plus,
 in illo minus femininum remotum est. Itaque

*) L. 1. p. 333.

vir simul est virilis et femininus et eadem de causa etiam femina simul feminina et virilis. Iam vero omnes proprietates totius generis e virili et feminino constant; totum autem genus nemo, uti iam diximus, ita amplecti potest, ut alterum non plus valeat quam alterum, siquidem aut mas aut femina appareat. Itaque mas in eo cernitur, quod magis est virilis quam femininus, femina autem in eo, quod magis est feminina quam masculina; ergo alter ab altero tantum quantitative differt*).

Qua ratione autem fetus in organismis genere praeditis oritur?

Burdachius**) dicit: „Es ist die Macht des Ganzen, welche die Bildung der Frucht bestimmt, namentlich aber ihre Geschlechtlichkeit u. eiusque axioma est***): „die Natur ist die Erscheinung des

*) L. I. p. 314. §. 213.

**) L. I. p. 646. §. 323.

***) L. I. p. 640. §. 320.

„Unendlichen im Endlichen.“ Iam si infinitum in finito agit, natura agit, ut quae infinitum exprimit. Ea autem ad infinitum se habet, ut masculinum et femininum ad suum genus, quod peculiaris et specialis pars infiniti est. Infinitum ac totum in singula individua mediate per eorum genera valet; quod genus vult, id etiam totum vult. Immediate igitur fetus genere suo constituitur. Genus autem in viro et femina est; hi valent, dum genus in iis valet; ut tales genus valens exprimunt. Iam si genus id est, quod vere et proprie procreat, necesse est uterque, mas et femina, progignant. At genus se ipsum tantum potest procreare: ergo genus in viro, in quo masculinum libere agit, tantum masculinum in semine, et eodem modo in femina tantum femininum procreare potest. Docetur*) autem: „Das Weib ist das Bildende, der Mann das

*) L. I. p. 304. e.

„Erregende; das Weibliche bildet ein neues Individuum, das Männliche weckt und steigert diese bildende Kraft.“ At hanc vim plasticam in organismo feminino a viro neque excitari neque maiorem reddi oportet, quoniam, sponte una cum pubertate excitata, ovum format; quo demum formato et ad pariendum idoneo facto, accedente masculino novum individuum nasci potest. Itaque masculinum non accedit, priusquam illa vis plastica productum suum iam perfecit; qua de causa illud vim plasticam neque excitat neque auget.

Porro occurrunt haec*): „Daß der Same nicht das allein wesentliche Moment der Zeugung ist, geht zuvörderst daraus hervor, daß bei den Geschlechtslosen die Fortpflanzung ohne Samen vor sich gehen kann. Semen productum plasticum generis est, ubi huius pars una, mascu-

*) L. I. p. 599.

linum, apparet; et tum partem alteram, complementem, scilicet feminam, requirit, quae et ipsa genus simplex apparet ovumque format. Contra in animalibus genere privatis totum genus in uno individuo est, totum genus se ipsum iterum format. Ibi igitur nec de semine virili nec de ovo feminino sermo esse potest. „Daß „ferner der Same nicht das allein Wesentliche ist, „ergiebt sich aus der Ähnlichkeit der Frucht mit „der Mutter; ferner daraus, daß der Esel mit der „Pferdestute keinen Esel, sondern ein Maulthier „erzeugt“ *). At e similitudine fetus etiam cum ipso patre, porro inde, quod equa cum asino etiam non equum parit, sequitur, etiam femininum non solum esse momentum sufficiens ad fetum progignendum, itaque utrumque, masculinum et femininum, duo momenta esse ad eam rem necessaria. Iam si e similitudine fetus ip-

*) L. I. p. 599.

suis cum matre concluditur, ad fetum procreandum a feminino partem aliquam necessariam contribui, hanc vero partem a feminino ita tantum addi, ut materiam, ovum, suppeditet: etiam in masculo, quod ipsum quoque vere aliquid confert, idem esse et ab hoc etiam partem collatam e materia constare necesse est. In mulo agnoscimus equum, quod femina ad eius originem aliquid materiae dedit. Quoniam vero etiam asinus in illo agnoscitur, necesse est etiam masculum materiam aliquam addiderit. Si semen non nisi ut irritamentum valeret, vim plasticam in femina augens: equa cum asino tantummodo equum ederet. Irritatio enim vim plasticam augere quidem et eius productionem adiuvari, non vero in ea formationem qualitative diversam efficere potest; sin vero nihilominus aliquid aliud format, ac formare eam oportet, hoc morbosum est et a natura abhorrens. Mulum autem, sicuti similitudinem fetus cum patre nemo a na-

tura abhorrere dixerit. Itaque masculinum nequaquam vim irritantem in femininum exercet et pariter ac femininum ad originem fetus materiam suppeditat. Quod si quis infitias iverit, is vim et potentiam totius ad fetum formandum coercet, quod ibi, ubi genus in duobus individuis conspicitur et agit, id tantum ad unum, scilicet ad femininum redigit; masculum autem, quo demum genus completur, non ita, ut femininum, progignere et formare posse putat, sed munus ei attribuit, quo fungi nequit. Nihilominus haec leguntur*): „Es heißt die Gottheit entgöttern, wenn man ihr die Welt als eine andere Macht gegenüber stellt und behauptet, daß ihre Wirksamkeit nur in einzelnen Momenten auftrete.“ Nonne vero multo magis improbandum est, si quis naturam opus Dei esse fateatur nec tamen Deum ipsum summam vim et auctoritatem in opus suum

*) L. I. p. 348.

habere concedit et aliter agere putat ac revera agit?


Postremo paulisper commorari liceat in hisce*): „Die Geschlechtsliebe ist ein Suchen der entgegengesetzten Polarität und die Befruchtung geschieht nach dem Schema der Electricität; es ist aber nicht dieselbe Electricität, die wir mit unserm physikalischen Apparate entwickeln, da mittelst derselben kein Ei befruchtet wird.“ At propterea utraque procreationis materia, perinde ac materia electropositiva et electronegativa, anorganica, sese attrahere non desinit. Ceterum quod per electricitatem ovum non fecundatur nec e solo ovo, ut altero elemento generis, novum individuum enascitur, in natura positum est, quoniam e materia quoque anorganica, electronegativa, etiamsi quam diutissime electricitas libera in eam influat, nova coniunctio non oritur. Iam

*) L. I. p. 650.

si nihilominus causa chemicae cognationis in electricitate cernitur, cur non idem in amore sexuum esse crederemus? Est enim in utraque re eadem vis, idem desiderium eiusdem finis; est potentia totius in singulo, studium eius ad originem propius accedendi, quod duas singularitates in unitatem coniungit. Itaque si sexuum amor oppositam polaritatem petit, igitur masculinum et femininum sese quaerit attrahitque: necesse est etiam sese coniungant. Singula enim ex toto prodierunt. Itaque ut denuo singulare individuum oriatur, totum ante reficiendum est, ubi in duabus diversis formis apparet. In organismis sexum habentibus totum genus e masculino et feminino constat, quae inter fecundationem semine ovoque continentur. Haec ipsa, ut totum restituatur, se coniungant necesse est, qua coniunctione sola generis singularitas et separatio tollitur; tum vero genus totum valet, ex quo solo novum individuum nasci potest.

Sexus novi individui ipse, sicuti supra dictum est, vi et potentia totius generis constituendus esset. Totum autem, ergo etiam eius potentia, mare et femina continetur; hi enim sunt totum apparens. Immediate igitur sexus constituitur masculino et feminino; quod si aliter fieret, tantum potentia totius fieri non posset. Iam si femina id esse creditur, quod format, mas vero id, quod incitat, iis, quae de formatione fetus allata sunt, simul respectis, explicari non potest, qua ratione sexus constituentur. — Nonne igitur utrumque, masculinum et femininum, se ipsum procreet? nonne utraque materia procreans sese coniungat et maior vis ac potentia alterius sexum novi individui constituat? Num qua alia ratione ea res explicari possit?

T H E S E S.

- 1) Morbus acquisitus est primarius.
 - 2) Morbus tantum e quantitativa mutatione virium vitae constare videtur.
 - 3) Vires vitae qualitative mutari non possunt.
 - 4) Qualitativa mutatio in formatione a functione quantitativa mutata proficiscitur.
 - 5) Efficacitas medicamentorum in organismum duplex tantum esse potest.
 - 6) Febris a malo topico aequè necessario, atque hoc a causa morbi proficiscitur.
 - 7) Morbus organicus et dynamicus est tautologia.
 - 8) Vis partus est topica.
 - 9) Inter marem feminamque non est differentia qualitativa.
 - 10) Feminam secundum naturam suam viro obsequi oportet.
-
- 

Zentralbibliothek Zürich



ZM02168275

INDEX

1. Morbus acquiritus est primarius
2. Morbus lectus e quantitativa mutatione vitam vitam
essentia vitium
3. Quomodo vitam qualitativa mutatio vitam vitam
essentia vitam vitam vitam
4. Quomodo vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
essentia vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
5. Finitis vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
essentia vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
6. Finitis vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
essentia vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
7. Finitis vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
essentia vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
8. Finitis vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
essentia vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
9. Finitis vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
essentia vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
10. Finitis vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam
essentia vitam vitam vitam vitam vitam vitam vitam